

# INCIPIT LIBER NONUS.

57

## VESPASIANUS.

**A** Nno (1) ab Urbe condita DCCCXV. brevi illa quidem, sed turbida tyrannorum caligine discussa, tranquilla sub Vespasiano serenitas rediit. Is obscure quidem natus, sed optimis comparandus, privatâ vitâ illustris, ut qui à Claudio in Germaniam, deinde Britanniam, missus, tricies & bis cum hoste conflixerit, duas validissimas gentes, viginti oppida, insulam Vestam Britanniae proximam Imperio Romano adjecerit. (2) Namque, ut paulo altius repetam, Judæi post passionem Christi deserti in totum gratiâ Dei, cum omnibus undique malis circumvenirentur, quibusdam in Carmelo monte seducti fortibus, quæ portenderent exortos à Judæa duces rerum potituros fore, præditumque ad se trabentes in rebellionem exarsissent, extinctisque Romanis presidii, legatum quoque Syria (cui Palestina nomen est) suppetias ferentem, raptâ aquilâ, & caesis copiis fugaverunt. Ad hos Vespasianus à Nerone missus Titum filium suum majorem in itinere habuit. Nam multas, & validas legiones viginti & octo, secum in Syriam trajecit. Itaque cum Judæos multis eorum oppidis captis in urbe Hierosolymorum, præcipue ob diem festum congregatos, obsidione clausisset, cognita Neronis morte, hortatu plurimorum regum, & ducum, maxime Josephi ducis Judæorum sententiâ, qui captus, cum in vincula conjiceretur, constantissimè dixerat, sicut Svetonius refert, continuo se ab eodem, sed Imperatore solvendum, imperium adeptus est, relictoque in castris ad procurationem obsidionis Hierosolymorum filio Tito, profectus est Romam. Sed cognitâ interfectione Vitellii, paulisper Alexandria substitit. Titus verò magna, ac diuturna obsidione Judæos premens, machinis, cunctisque bellicis molibus, non sine multo suorum sanguine tandem muros civitatis irruit. Sed ad expugnandam interiorum templi munitionem, quam reclusam multitudinem sacerdotum, ac principum tuebatur, majoravi, & mora opus fuit. Nam intra viginti dies capta est. Quod tamen, postquam in potestatem redactum, opere mirandum, atque antiquitate suspectum, diu deliberavit utrum tanquam incitamentum hostium incenderet, an in testimonium victoriae resericaret. Itaque cum nunciatum ei à Roma fuisset, quod pater ejus imperio potiretur, ex hilaritate nimia, surâ ejus dextrâ crementum carnis accepit, ita ut calceamentum non reciperet. Quæ Josephi ducis Judæorum consilio, ut alia restituta est, qui jussu ante eum transire, in quem plurimum odii habebat. Igitur Titus Imperator ab exercitu pronuntiatus templum Hierosolymis incendit, ac diruit, quod à die conditionis primæ, usque ad diem everisionis ultimæ manserat annis mille centum & duobus. Muros urbis universos solo æquavit. Sexcenta millia Judæorum eo bello interfecta Cornelius, & Svetonius referunt. Josephus verò dux Judæorum, qui eo bello tunc præfuit, & apud Vespasianum propter prædictum Imperium veniam, etiamque meruerat, scribit undecies centena millia gladio, & fame periisse: reliquias verò Judæorum, diversis aetas conditionibus, toto orbe dispersas, quorum numerus ad nonaginta millia hominum fuisse narratur. Quibus ante obsæna, & dira prodigia, ut idem Josephus dicit, vel visa, vel nunciata sunt. Etenim stella præfulgens gladio

Tom. I.

(1) In A. hæc usque ad verbum *obscurè* non leguntur, neque novus liber incipit, sed post verb. *uno* habet *Vespasianus hunc successit*, factus apud Palestinam Imperator, *obscurè* &c.

**A** smilis per omnia, imminere desuper civitati, & cometes præterea exitalibus flammis ardere per totum visa est annum. Sed & ante tempus excidii, ac belli, cum populi ad diem festum azymorum convenirent, octavo die mensis Aprilis noctis tempore horâ nonâ, tantus fulgor luminis aram, templumque circumdedit, ut putarent omnes diem clarissimum factum, & permansit spatium horæ dimidiæ. Quod imperitis quidem, & ignavis profferum videbatur, sed legisperitos, & probos quosque doctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoque festivitate víctima sacrificiis admota, & aris assistens inter ipsas ministrorum manus enixa est agnum. Sed & janua interioris adis, quæ respiciebat Orientem, cum esset ære solido induta, ac perinde immensi ponderis, quæ vix à viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur, ferreis quoque velibus, & seris munita, ac pessulis intactum dimissis teneretur obstricta, horâ noctis sextâ apparuit repente patefacta. Sed & transacto die festo, post aliquot dies prima & vicesima die mensis Maii prodigiosus apparuit visus, & fidem penè excedens, quod verè falsum putaretur, nisi oculorum fides confirmasset. Etenim prope solis occasum visi sunt currus, & quadrigæ in omnem regionem per aerem, & armorum cohortes misceri nubibus, & urbem circumdare agminibus improvisis. In alio itidem die festo, qui Pentecoste appellatur, nocte sacerdotes ingressi templum ad ministeria ex more complenda, primò quidem motus quosdam, strepitusque senserunt, tum deinde voces subitas audiunt dicentes, Migremus hinc. Additur etiam bis aliud terribilius. Etenim quidam Anania filius Iesui nomine, vir plebeus, & rusticus, ante septimum belli annum, dum adhuc civitas in abundantia duraret, in die festo Tabernaculorum, repente clamare cepit: Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox super Hierosolymam, & templum, vox super sponsos, & sponsas, vox super populum. Et indefinenter die, nocteque per omnes plateas circuiens hæc declamabat, usquequo quidam ex populo primores viri, velut infausi prodigii indignatione commoti, correptum hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaquam pro se aliquid loquens, sed neque eos quidem, qui se circumsteterant, deprecans, easdem voces pari obstinatione, & clamore repetebat. Tunc principes numinis aliquid intelligentes (ut res erat) esse in viro, producunt eum ad Iudicem Romanum. Apud quem flagris ad ossa usque laniatus, neque preces, neque lacrymas fudit, sed eandem vocem miserabiliter, & cum quodam ululatu emittens, per singula penè verbera proferebat addens etiam hoc: *Væ vobis Hierosolymis*. Igitur Vespasianus, & Titus Imperatores magnificum de Judæis triumphum agentes, urbem ingressi sunt. Pulchrum, & ignotum antea cunctis mortalibus, inter trecentos viginti triumphos, qui in id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit: patrem, & filium uno triumphali curru vellos, gloriosissimam ab his, qui patrem, & filium offenderant, victoriam reportasse. Igitur Vespasianus, Romæ se in Imperio moderatissimè gessit, pecuniæ tantum avidior fuit, ita ut eam nonnullis injustè auferret. Quam cum omni diligentia provisione colligeret, tamen studiosissimè largiebatur, maxime (3) indigentibus. Necfacile ante eum cuiusquam principis vel major est liberalitas comperta, vel justior.

H

(2) A. post *adjecerit*, omnis. *intermediis*, itatum legit *Roma se* &c.

(3) A. *præcipue*.